

1127

CODICES

1128

quae incipit: *Erga fratrem illum de quo mihi, quod res exigebat, scripsisti &c.* et legitur Edit. L. II. p. 343. ordine 8.

Terminant Codicem Excerpta ex ejus Tract. *De Concordia Praescientiae &c.* inscripta: *Sententia Anselmi Archiepiscopi de Praescientia Dei et libero Arbitrio.* Tractatus is extat Edit. cit. p. 123. atque ex eo hic potissimum *Quaest. 1. Cap. I. II. III. et Quaest. 3. XI.* delibantur. Ubi C. III. notanda lectio: *Sicut non est necesse deum uelle quod uult, ita necesse non est in multis uelle hominem, quod uult, 70 non secundi membri in Edit. non comparente. Addam praeterea locum, quem in Edit. non inveni: Diuine ueritati non est falsitas contraria quia illa semper est quod debet et nunquam est quod non debet. neque potest ulla res habere aut facere similitudinem dei, quin mentiatur se esse deum. Sicut demones transfigurant se in hoc quod non sunt. aut faciunt per magos siue magi per eos rerum similitudines quae uidentur esse res quarum sunt similitudines et non sunt. et ideo sunt false ut falsus homo et falsus ignis. Nulla enim similitudo summe ueritatis fieri potest. Nam cum demones dicunt se esse deos aut persuadent hominibus idolum esse deum. illi mentiuntur qui hoc dicunt. summam uero ueritatem simulare nequeunt. Veritatis autem quam definiuimus esse rectitudinem mente sola cognoscibilem est quedam species cuius sedes est in uoluntate quam dicimus iusti-*

ciam quae sic diffiniri potest. Iusticia est rectitudo uoluntatis propter se seruata. Hec uero diffinitio continet omnem iusticiam. Huius contrarium est iniusticia. Cuius hec esse potest diffinitio. Iniusticia est absentia debite iusticie. Non enim est iniusticia nisi ubi debet esse iusticia et non est. Dixi iusticiam esse rectitudinem uoluntatis propter se seruata. Dicendum est igitur quae sit uoluntas. cuius rectitudo dicitur iusticia. et quid sit liberum arbitrium quo seruatur et sine quo non seruatur rectitudo uoluntatis propter se. Atque hinc in C. XI. ingreditur Excerptor. Definitiones paullo ante adlatas non semel repetit per Tractatus suos Anselmus; ubi uero totus ille locus inferendus ueniat, Patrologis dispiciendum relinquemus.

CCXCV.

VII. H. 12

Codex membraneus lat. Sec. 690 XIII. Folior. 78. 4. probe scriptus Iuonis Seculo XI et XII. Carnotensis Episcopi *Epistolas* et quaedam Alia complectitur. *Epistolae* sunt numero CXX. Itaque pauciores iis, quas *Codd.* praeced. et CCLXXIV. indicauimus. Praemittuntur breuiter Singularum *Argumenta*, tum *Epistola* hujus initii: *Venerabili Abbati de sancto laurentio. N. A. humilis filius lugdunensis ecclesie salutem. Videndum est domine ne illa questio. quae apud (vos?) sic agitur. non in sententia sed in pugnis uerborum sit &c.* De quaestione conicias ex iis, quae subduntur: *Constat*

stat Deum fecisse rationabilem creaturam libere uoluntatis. ut possit mereri. Ipsa autem libera uoluntas per se non potest uel ad magius (majus, melius?) dirigi. uel in bono in quo facta est persistere. Per se uero potest si sibi ipsi relinquatur corruere. Presto est igitur ei diuina gratia adiuuare. sed non cogere. quod esset libertatem quam dederat tollere. Si ergo libera uoluntas premonita audit. et consentit. a gratia dirigitur. si renuit relinquatur et sibi relicta corrui. Hanc Epistolam Iuoniana hoc ordine excipiunt:

1. Paschali Pontifici. In Edit. Paris. Opp. Omn. 1647. f. numero 104.
2. Galoni s. Waloni Compresb. 99.
3. Paschali Pont. 105.
4. Richerio Archiep. Senon. 8.
5. Walterio Ep. Meld. 16.
6. Virginibus in Monast. Dundenfi. 10.
7. R. id est Roscelino Ep. 7.
8. Bernardo Abb. major. Monast. 4.
9. Adelae Comitissae. 5.
10. Gerardo. 6.
11. Hugoni Archiep. Lugdun. 24.
12. Urbano Pontifici. 25.
13. Eudoni Dapifero Norman. 27.
14. Abbati Fiskanenf. Monast. 19.
15. Willelmo Archiep. Rotomag. 185.
16. Gaufrido Abb. Vindocin. 57.

17. Hugoni Abb. Cluniac. 191.
18. Gaufrido Ep. Beluacen. 193.
19. Gaufrido Abb. Vindocin. 195.
20. Hugoni et Vulerino Aurelian. 194.
21. Ludwico Regi Francor. 196.
22. Willemo Abb. major. Monast. 197.
23. Danuberto pro Daimberto Arch. Senon. 200.
24. Luduwico Regi Francor. 202.
25. Lefiardo Ep. Sueffion. 203.
26. Paschali Pontif. 204.
27. Uillemo Militi. 205.
28. Hildeberto Ep. Cenoman. 206.
29. Sanfoni Ep. Uigorn. 207.
30. Gaufrido Ep. Beluac. 212.
31. Stephano Ep. Heduen. *Deest in Edit. Descripta Cod. praeced.*
32. Urbano Pontif. 12.
33. Episcopis Dioec. Remenf. 83.
34. Clericis Heduenfib. 222.
35. Paschali Pont. 108.
36. Omnib. Ecclesiae Filiis. 162.
37. Damberto l. Daiberto A. Senon. 171.
38. Confratribus suis. 32.
39. Hildeberto Ep. Cenoman. 220.
40. Johanni Ep. Aurel. 221.
41. Hello s. Hoello Ep. Cenom. 21.
42. Philippo Regi Francor. 22.
43. Welferio Abb. Fofflatenf. 26.
44. Rogero Compresb. 29.
45. Petro Ep. Pictav. 36.

1131

CODICES

1132

46. Aimberto *pro* Lamberto Ep. Atreb. 33.
 47. Richerio Archiep. Senon. 35.
 48. Ruberto Fratri. 34.
 49. Eidem. 37.
 50. Managoldo Fratri. 40.
 51. *Omissa prima lit.* ulcelino *pro* Walcelino aut Guacelino Ep. Vinton. 38.
 52. Goifeido l. Gaufrido Abb. Vindoc. 41.
 53. Hugoni Ep. Sueffion. 42.
 54. Urbano Pontif. 43.
 55. Omnib. in Ecclesia Carnotensi. 44.
 56. Urbano Pontif. 46.
 57. Eidem. 48.
 58. Stephano Comiti Palat. 49.
 59. Richerio Archiep. Senon. 50.
 60. Silvestro Compresb. *In Edit.* Sanctioni. 51.
 61. F. Ep. Aurelian. *In Edit.* Sanctioni. 53.
 62. Hugoni Archiep. Lugd. 54.
 63. Eidem. 55.
 64. Philippo Regi Francor. 56.
 65. Hugoni Archiep. Lugd. 59.
 66. Eidem. 60.
 67. Santioni Coepiscopo. 62.
 68. Urbano Pontif. 65.
 69. Leoudoni Compresb. 63.
 70. Hugoni Archiep. Lugd. 66.
 71. Urbano Pontif. 67.
 72. Rudulfo Archiep. Rem. 188.
 73. Johanni Aurelian. electo. 64.
 74. Hugoni Archiep. Lugd. 68.
 75. Galtero Praep. Stirpenfi et Gregi. 69.
 76. Galtero Ep. Melden. 70.
 77. Guillelmo Regi Anglor. 71.
 78. Abbati S. Gangenfili. 72.
 79. Bernardo Abb. Monast. major. 73.
 80. Illideberto Ep. Cenoman. 74.
 81. Paschali Pontif. 81.
 82. Gaufrido Abb. Vindocin. 82.
 83. Manaffi Ep. Remor. 85.
 84. Stephano Comiti Palat. 86.
 85. Paschali Pontif. 88.
 86. Eidem. 79.
 87. Daiberto Archiep. Senon. 90.
 88. Adele Comitiffae. 91.
 89. Daimberto Patriarchae Hierof. 93.
 90. Petro pufilli gregis doctori &c. 96.
 91. Beluac. Ecclesiae Filiis. 98.
 92. Adele Comitiffae. 101.
 93. Manasse Archiep. Remor. 102.
 94. Johanni Ep. Aurelian. 100.
 95. Mahtilde Regina Anglor. 107.
 96. Daimberto Archiep. Senon. 111.
 97. Fulconi Dec. et Clero Parif. 112.
 98. Johanni Ep. Aurelian. 114.
 99. Wilgrino Archidiac. Parif. 122.
 100. Daimberto Archiep. Senon. 125.
 101. Guncherio Fratri et Presb. 140.
 102. Hildeberto Senon. Ep. 148.
 103. Daiberto Sueffion. Ep. *Deest in Edit. Descripta Cod. praeced.*

104.

1133

P A T R I S T I C I

1134

104. Ruodberto Comiti Mellen-
tino. 154.
105. Odoni Archidiac. Aurelian.
155.
106. Vdalrico Fratri. 156.
107. Daiberto Archiep. Senon.
170.
108. Willelmo Archiep. Paris.
183.
109. Laurentio Monast. Karitat.
Monacho. 186.
110. *Sine Inscript.* Nouerit sanc-
ta &c. 189.
111. Bone spei Fratri. 228.
112. Lesiardo Ep. Sueffion. 229.
113. Hildeberto Ep. Cenoman.
232.
114. Monachis Columbenfibus.
192.
115. Pontio Abb. Cluniac. 231.
116. Humbaldo Ep. Autifiod.
241.
117. Lesiardo Ep. Sueffion. 246.
118. Episcopis Waloni Beluac.
Guill. &c. 268.
119. Fratri Reinardo. 256.
120. Johanni Archiep. Lugd.
236.

Utut porro hae *Epistolae* fre-
quentibus mendis non careant,
quaedam tamen ad eas notare ju-
verit. Epistola 6. edit. X. post
illa verba: *non exterioris hominis*
pulchram, infarctum habet *Alcui-*
ni Prologum in *Libros III. de*
Fide S. Trinitatis ad *Carolus*
M. qui incipit fol. 8. *Domno glo-*
riofissimo imperatori &c. *Dum*
enim dignitas imperialis a deo or-
dinata &c. et Prologo absoluto
Libri I. fragmentum a verbis c.
3. *Plane absque omni dubitatione*

credendum est &c. usque ad ver-
ba c. 7. *simul unus Deus et unum*
lumen, post quae a verbis: *pu-*
tredinem. Sic enim de sponsa chri-
sti legitis in psalmo &c. *Ivonis*
Epistola resumitur, quod, quo
Librarii errore acciderit, non
dispicio. Epistola 26. edit. CCIV.
fol. nobis 19. non habet ea, quae
in edit. a verbis: *Praeterea dif-*
sensio est &c. usque ad verba:
Scribat ergo paternitas uestra &c.
leguntur. Epistola 107. edit.
CLXX. fol. nobis 65. p. 2. defi-
nit in haec verba: *nimia seueri-*
tas frangat; omiffis, quae in
edit. sequuntur. Epistola 115. in
edit. CCXXXI. fol. nobis 71. p.
2. caret tota quaestione *de Con-*
signatione calicis, quae in edit.
prima est, et statim tractat alte-
ram *de monacho, qui in ignem ca-*
dendi iuueni causa fuit, et dein-
ceps reliqua.

Quae Epistolis *Ivonis* addun-
tur in *Cod.* est I. Epistola *Johan-*
nis Archiep. Lugdun. ad *Daim-*
bertum Archiep. Senonens. quae
incipit: *Quoniam sapienti pauca*
sufficiunt &c. et inter *Ivonianas*
in edit. est numero CCXXXVII.
nobis vero jam ad haec verba:
Utinam igitur frater — —
abrumpitur. II. Brevis Notitia
Ordinum Ecclesiasticorum a pri-
ma Tonsura usque ad Episcopa-
tum, cujus initium: *Katholica ec-*
clesia. id est. uniuersalis congrega-
tio. in tres ordines distinguitur. ui-
delicet in laicos. id est populares.
laos enim grece. latine populus. in
monachos. id est singulares. monos
enim singularis dicitur. in clericos.
cleros

1135

I C O D I C E S 9

1136

cleros grece latine fors aut hereditas dei &c. Sub finem inepte praetenditur *Christus* omnes gradus ecclesiasticos pervasisse.

Anterius *Codicem* ambiunt *Folia duo* membranea antiquissimi *Psalterii*, quod integrum multos *Ivones* valeret; scriptum est enim caractere quadrato, nullo paene vocum discrimine. Quod superest, *Psalmm* LXX. a v. 13. LXXI. integrum, et LXXII. usque ad v. 16. exhibet, non nulla a *Vulgata* differentia. Membrana postica manu *Sec. XII.* finem unius, et initium alterius *Homiliae* continet, quod est: *Diuina Scriptura fratres karissimi nos admonet aliquando ad lacrimas aliquando ad gaudium &c.*

CCXCVI. VII. f. 13.

469 Codex membraneus lat. *Sec. XIV.* Folior. 151. 4. probe exaratus, rubricisque distinctus complectitur, siquidem *Indicem* praefixum audias, *Epistolas Petri Blessensis* numero CXXXV. itaque duabus pauciores, quam *Cod. seq.* indicavimus; sed si opus ipsum inspicias, deprehenditur *Epistola I. ad Henricum II. Anglorum Regem*, quae vicem *Praefationis* obit, in censum *Indicis* non venisse. Habet porro *Index* hic illud commodi, quod praeter *Titulos* initia etiam singularum *Epistolarum* exhibeat. Procedunt eae aliquamdiu, prout in *Edit. Guffanvillana Paris. 1667.* f. sed ab *Epistola 34.* ordo diversus est. *Epistola ad Clericum*

Negotiatorem in *Edit. XVII.* p. 31. nobis vero *XV. fol. 20.* p. 2. idem hic habet in fine augmentum, quod *Cod. seq.* dedimus. Ita et *Epistola* in *Edit. CXXXIV.* p. 204. nobis autem *LXVIII. fol. 80.* prolixius *Exordium*, ut in *Cod. memorato.* *Epistolarum* nulla inedita est; est tamen, si comparisonem instituas, non nulla lectionis variatio. Ita *Epist. I. ad Henr. II.* *Edita: censuram potius expectantes quam gratiam expetentes*, rectius *Codex: gratiam expectantes potius quam censuram.* *Edit. diffusius et simplicius.* *Cod. diffusius aut simplicius vel inconsultius.* *Epist. II. ad Eund.* *Edita: pueriliter intabescit.* *Codex: intabescitis.* *Edit. Exemplum vobis dedit, ut et vos sequamini.* *Cod. nobis — nos sequamur.* &c. Finem *Codici* imponunt eadem, quae *Cod. seq.* diximus. Tum vero haec leguntur: *Anno domini M^o CCC^o quinquagesimo septimo proxima feria sexta post Jacobi finitum est hoc opusculum per manus eiusdem quem bene nostis et cet. Explicit hoc totum infunde — Carmen imperfectum, quod, si quid divino, desinebat in potum.*

CCXCVII. VII. f. 14.

Codex chartaceus lat. *Sec. 25^a* XV. Folior. 266. f. per duas Columnas nitide scriptus et rubricis distinctus olimque ad *Monasterium Mellicense O. S. B. in Austria inf.* pertinens hanc praefert notam: *Hic liber inceptus est 2 nonas*